


TRĒS FĪLIAE


by Rachel Philip
(student of Kristen Bortner)

Lafayette High School, Wildwood, MO


ōlim, erant trēs puellae. cum essent bonae amīcae,
illae tamen invenīre amīcōs novōs volēbant.




ita, illae in itinere discessērunt ut dīgnum amīcum invenīrent.




sōle **lūcente** et avibus **pipiantibus**,
puellae per silvās et in urbem ambulābant.




ūna ē puellīs,
“tabernam intrēmus.
fōrtasse **tabernārius** erit bonus amīcus,” inquit.




cum tabernam intrāvissent,
tabernārius rogāvit quōmodo illās iuvāre posset.




puellae dīcēbant sē aquam velle.
tabernārius, “mox aqua vōbīs dabitur,” inquit.




puellae diūtissimē manēbant.




ūna ē puellīs tam **sitiēns** erat ut ea discēdere vellet.



illa clāmāvit, “aqua ferenda est! rogō ut aquam ferās. nunc!”




puellae stetērunt ut discēderent. “sit,” puella sitiēns inquit.



nōn necesse est amīcōs novōs habēre!



ita, illae domum revēnērunt et fēliciter habitābant.



PARVULUS

by Morgan Chalue (student of Suzanne Henrich)
Dover High School, Dover, NH

“Iuppiter hīc erat? rēx deōrum in meā villā erat? uxor **fatua**! quōcum adulterāvistī? tibi fortuna nōn favēbit, fēmina scelesta!”

“Iuppiter erat! Iuppiter erat!” uxor **gemēbat**.

uxor mea praegnāns est, sed **parvulus** in uterō nōn meus est! **diēs nūptiārum** nostrārum Kalendīs Februāriīs erat, sed uxor **gravidissima** est hodiē, Kalendīs Mārtibus!

“in flammīs aureīs vēnit! mihi **ōscula** dedit et fortunam **secundam** prōmīsit!” fēmina **foeda** lacrimābat.

“parvulus nōn Iovis est. virī est! tū es **mulier** neglegēns! nunc nōn mea uxor es! abī! nunc pete Iōvem ad tē dēfendendum!” eam ē villā petivī.

iānitōrem mandāvī nē eammitteret. ubi mea “uxor” discesserat, ad tablīnum vēnī ad legendum. ubi sēderam, clāmōrēs audīvī. ad iānuam cucurrī et meum cor stitit.

uxor mortua erat! nēmō prope eam erat et corpus **sanguineum** in **limine** iacēbat. prope **ventrem, pāvō** ambulābat. “ēheu!” clāmāvī. cōgitābam, “estne **ultiō** Iūnōnis? Iovisne parvulus erat?” ultiōnem Iovis nunc timēbam.

subitō, quamquam tertia hōra erat, caelum **obscurātum** erat!

fulmen icit.

MĀXIMUS GLADIĀTOR

by Tazwell Wood (student of Robert Patrick)
Parkview High School, Lilburn, GA

ūnō diē, gladiātor urbem vīsītābat. gladiātor saepe illum locum vīsītābat ut **cāsum** peteret.

cum per **portam** urbis intrāvisset, gladiātor duōs fūrēs vīdit. duo fūrēs cōnsilium cēperant ut multam pecūniam Imperātōris auferrent. gladiātor domum in urbe celeriter cucurrit.

gladiātor nocte cōnsilium cēpit. mediā nocte, gladiātor ad aulam cucurrit ut fūrēs interficeret. in aulā, gladiātor fūrēs spectāvit. subitō, duo fūrēs cōnsilium incipiēbant.

gladiātor gladium **dēstrinxit** ut fūrēs interficeret. omnēs bene pūgnābant. gladiātor duōs fūrēs superāvit quod fortior erat.

sonitus Imperātōrem **excitāvit**. tum Imperātōr duōs fūrēs et gladiātōrem cōspexit. Imperātōr praemium gladiātōrī dedit. postrīdiē, Imperātōr fūrēs interficiet. omnēs in aulā gladiātōrem plaudēbant. Imperātōr rogāvit, “quid est nōmen tibi?” gladiātor respondit, “ego sum Parkerus.”